Lectura super epistolam B. Pauli ad Romanos

Lectio I 4

5 Per quem accepimus gratiam, et Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius,
6 In quibus estis et vos vocati Jesu Christi:
7 Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

60. – Postquam commendavit Christum ab origine et virtute, hic commendat ipsum ex liberalitate, quae ostenditur ex muneribus quae fidelibus contulit.

Ponitur autem duplex munus.

[1] Unum quidem commune omnibus fidelibus, scilicet gratia per quam reparamur, quam quidem a Deo per Christum accepimus, unde dicit "per quem accepimus", omnes fideles, "gratiam". *Io*. I,17: "Gratia et veritas per Iesum Christum facta est", et infra [5,2]: "Per quem accessum habemus in gratiam istam in qua stamus."

Conveniens est enim ut sicut per verbum Dei omnia ista facta sunt, ut habetur *Io*. I, v. 3, ita et per ipsum, sicut per artem omnipotentis Dei, omnia instaurentur: sicut et artifex eadem arte reparat domum qua condidit. *Col*. I,20: "Per eum placuit Deo reconciliare omnia sive quae in caelo sive quae in terra sunt."

61. – [2] Aliud autem est munus spirituale collatum apostolis quod tangit subdens "et apostolatum", quod est praecipuum inter ecclesiasticos gradus:

Lesung über den Brief des sel. Apostels Paulus an die Römer

Lesung I 4

5 Durch den wir Gnade und Apostelamt empfangen haben, um alle Völker dem Glauben gehorsam zu machen, um seines Namens willen.
6 Unter ihnen seid auch ihr Berufene Jesu Christi.
7 Allen, die in Rom sind, den Geliebten Gottes, den berufenen Heiligen. Gnade sei euch und Friede von Gott, unserem Vater, und dem Herrn Jesus Christus!

60. – Nachdem der Apostel Christus durch Herkunft und Macht empfohlen hat, empfiehlt er ihn hier aufgrund der Freigebigkeit, welche er aus den Gaben beweist, die Christus den Gläubigen mitteilte.

Es wird aber eine zweifache Gabe angenommen:

[1] eine, die allen Gläubigen gemeinsam ist, nämlich die Gnade, durch welche wir wiederhergestellt werden und die wir von Gott durch Christus empfangen haben. Daher sagt er: „Durch den wir", alle Gläubigen, „Gnade empfangen haben." *Joh* 1,17: „Die Gnade und die Wahrheit ist durch Jesus Christus geworden." Und unten [5,2]: „Durch den wir Zutritt zu dieser Gnade haben, in welcher wir stehen."

Es ist nämlich angemessen, daß, wie durch das Wort Gottes alles geschaffen ist, wie es in *Joh* 1,3 heißt, so auch durch dasselbe wie durch die Kunst des allmächtigen Gottes alles wiederhergestellt wurde. Wie auch der Baumeister durch dieselbe Kunst das Haus wiederherstellt, durch die er es erbaut hat: „Durch ihn gefiel es Gott, alles mit sich zu versöhnen, sowohl was auf der Erde als auch was im Himmel ist" (*Kol* 1,20).

61. – [2] Das andere ist eine geistige Gabe, die den Aposteln mitgeteilt wird und die er mit den Worten andeutet: „und das Apostelamt", welches der vorzüglichste Rang unter den kirchlichen Rangstufen ist:

I *Cor*. XII,28: "et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum quidem apostolos".

Apostolus autem idem est quod missus. Sunt enim a Christo missi quasi eius auctoritatem et vicem gerentes, *Io*. XX.21: "Sicut misit me pater et ego mitto vos", id est cum plenitudine auctoritatis. Unde ipse Christus apostolus nominatur *Hebr*. III,1: "Considerate apostolum et pontificem Iesum Christum." Unde et per ipsum, tamquam principalem apostolum sive missum, alii sunt secundario apostolatum consecuti. *Lc*. VI,13: "Elegit duodecim quos et apostolos nominavit."

Praemittit autem gratiam apostolatui

– tum quia non ex meritis sed ex gratia apostolatum sunt consecuti, I *Cor*. XV,9: "Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus; gratia autem Dei sum id quod sum";

– tum etiam quia apostolatus digne haberi non potest nisi praehabita gratia sanctificante, *Eph*. IV,7: "Unicuique nostrum data est gratia", et cetera.

62. – Describit autem hunc apostolatum,

[1] primo quidem, ex utilitate cum subdit "ad obediendum fidei", quasi diceret: ad hoc sumus missi ut faciamus homines fidei obedire.

In his obedientia locum habet quae voluntarie facere possumus. His autem quae sunt fidei voluntate consentimus, non ex rationis necessitate, cum sint supra rationem, nullus enim credit nisi volens, ut dicit Augustinus, et ideo circa fidem locum habet, *infra* VI,17: "Obedistis ex corde in eam formam doctrinae in quam traditi estis." De hoc fructu dicitur *Io*. XV,16: "Posui vos ut eatis", et cetera.

63. – [2] Secundo, describitur ex amplitudine cum subditur "in omnibus gentibus", quia non tantum in una gente Iudaeorum, sed ad instructionem omnium gentium sunt directi. *Matth.* ultimo [XXVII,19]: "Euntes docete omnes gentes."

„Und die einen hat Gott in der Kirche zuerst als Apostel eingesetzt" (1 *Kor* 12,28).

Apostel aber ist dasselbe wie Gesandter. Sie sind nämlich von Christus gesandt, indem sie gleichsam seine Autorität und Kraft besitzen: „Wie mich der Vater gesandt hat, so sende auch ich euch"(*Joh* 20,21), d.h. mit der Fülle der Autorität. Deshalb wird Christus selbst in *Hebr* 3,1 Apostel genannt: „Sehet auf den Apostel und Hohenpriester Jesus Christus." Und deshalb haben durch ihn als den ersten Apostel oder Gesandten erst in zweiter Linie die anderen das Apostolat erlangt: „Er erwählte zwölf, die er auch Apostel nannte" (*Lk* 6,13).

Es stellt aber der Apostel die Gnade dem Apostolat voraus:

– zum einen, weil sie das Apostolat nicht aufgrund der Verdienste, sondern aufgrund der Gnade erlangten: „Ich bin der Geringste unter den Aposteln, der ich nicht würdig bin, Apostel zu heißen. Durch Gottes Gnade aber bin ich, was ich bin" (1 *Kor* 15,9);

– zum anderen, weil das Apostelamt nicht würdig besessen werden kann, wenn nicht vorher die heiligmachende Gnade erlangt wird: „Einem jeden von uns ist die Gnade verliehen" (*Eph* 4,7) usw.

62. – Er beschreibt aber dieses Apostolat

[1] erstens im Hinblick auf die Nützlichkeit, wenn er hinzufügt: „um dem Glauben gehorsam zu machen", so, als wollte er sagen: Dazu sind wir gesandt, daß wir die Menschen dem Glauben gehorsam machen.

Von Gehorsam aber kann nur dort die Rede sein, wo wir etwas freiwillig tun. Was nun zum Glauben gehört, dem stimmen wir aufgrund des Willens zu und nicht aufgrund einer Vernunftnotwendigkeit, da es über der Vernunft ist. Niemand glaubt nämlich, wenn er nicht will, wie Augustinus sagt. Und daher beziehen sich auch jene Worte auf den Glauben, *unten* 6,17: „Ihr seid von Herzen gehorsam geworden gegen die Vorschriften der Lehre, in die ihr überwiesen worden seid." Von diesem Nutzen heißt es in *Joh* 15,16: „Ich habe euch bestellt, damit ihr hingeht und Frucht bringt" usw.

63. – [2] Zweitens beschreibt er [das Apostolat] im Hinblick auf die Reichweite, wenn er hinzufügt: „alle Völker". Denn sie wurden nicht nur zur Unterweisung des einen Volkes der Juden, sondern aller Völker gesandt: „Gehet hin und lehret alle Völker" (*Mt* 28,19).

Specialiter Paulus in omnes gentes apostolatum acceperat, ut ei competere possit quod dicitur *Is.* XLIX,6: "Parum est ut sis mihi servus ad suscitandum tribus Iacob et faeces Israel convertendas; dedi te in lucem gentium." Tamen ab eius apostolatu exclusi non erant Iudaei, praesertim qui inter gentes habitabant; *infra* XI,13 s.: "Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad aemulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex ipsis."

64. – [3] Tertio ex plenitudine potestatis, cum subdit "pro nomine eius", scilicet vice et auctoritate ipsius. Sicut enim Christus in nomine patris venisse dicitur, *Io*. XX,21, quasi plenam patris potestatem habens, ita et apostoli in nomine Christi venisse dicuntur, quasi in persona Christi. II *Cor.* II,10: "Nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi."

Vel per hoc describitur ex fine, ut sit sensus: pro nomine eius dilatando, non pro aliquo terreno fructu sibi quaerendo. *Act*. c. IX,15: "Vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum", etc., unde ad hoc fideles hortabatur dicens: "Omnia in nomine Iesu Christi agite."

65. – [4] Quarto ex potestate super illos quibus scribebat qui praedicto apostolatui erant subiecti unde subdit "in quibus", id est inter quas gentes, nostro apostolatui subiectas, "estis et vos", scilicet Romani, quamvis sublimes. *Is*. XXVI,5 s.: "Civitatem sublimem humiliabit, conculcabit eam pes pauperis", scilicet Christi, "gressus egenorum", id est apostolorum, specialiter Petri et Pauli, II *Cor*. c. X,14: "Usque ad vos pervenimus in Evangelio Christi".

Subdit "vocati Iesu Christi", secundum illud *Os*. I,9: "Vocabo non populum meum";

vel: vocati ut sitis Iesu Christi, *infra* VIII, v. 30: "Quos praedestinavit hos et vocavit";

Insbesondere Paulus hatte das Apostolat für alle Völker erhalten, und auf ihn kann man anwenden, was in *Jes* 49,6 gesagt ist: „Zu gering ist es, daß du nur mein Knecht seiest, um die Stämme Jakobs aufzurichten und die Überbleibsel Israels zurückzuführen; siehe, ich habe dich eingesetzt zum Lichte der Völker." Trotzdem waren von seinem Apostolat die Juden nicht ausgeschlossen, besonders nicht jene, welche unter den Heiden wohnten, *unten* 11,13ff: „Soweit ich Apostel der Heiden bin, will ich mein Amt verherrlichen, ob ich nicht auf irgendeine Weise die, mit denen ich dem Fleische nach verwandt bin, zur Nacheiferung bewegen und einige von ihnen retten kann."

64. – [3] Drittens beschreibt er das Apostolat im Hinblick auf die Vollmacht, insofern er hinzufügt: „um seines Namens willen", nämlich in seiner Kraft und Autorität. Wie es nämlich von Christus heißt, er sei im Namen des Vaters gekommen (*Joh* 20,21), gleichsam im Besitz der vollen Autorität des Vaters, so heißt es auch von den Aposteln, sie seien im Namen Christi, gleichsam in der Person Christi, gekommen: „Denn was ich vergeben habe, wenn ich etwas vergeben habe, habe ich vergeben um euretwillen in der Person Christi" (1 *Kor* 3,10).

Oder es ist hier im Hinblick auf das Ziel gemeint, so daß der Sinn ist: um seinen Namen zu verbreiten, und nicht: um für sich eine irdische Frucht zu suchen: „Ein Gefäß der Auserwählung ist mir dieser, meinen Namen zu tragen vor Heiden und Könige und die Kinder Israels" (*Apg* 9,15). Daher ermahnt er auch die Gläubigen: „Tut alles im Namen des Herrn Jesus Christus."

65. – [4] Viertens beschreibt er das Apostolat im Hinblick auf die Gewalt über jene, an die er schrieb und die dem besagten Apostelamt unterworfen waren. Deshalb fügt er hinzu: „unter ihnen", d.h. unter den unserem Apostolat unterworfenen Heiden, „auch ihr seid", nämlich ihr Römer, obschon so erhaben. *Jes* 26,5f: „Die hochragende Stadt erniedrigt er. Es zertritt sie der Fuß des Armen", nämlich Christi, „die Tritte der Dürftigen", nämlich der Apostel, vor allem Petrus und Paulus: „Bis zu euch sind wir hingelangt mit dem Evangelium Christi" (2 *Kor* 10,14).

Er fügt hinzu: „Berufene Jesu Christi", nach *Hos* 1,9: „Nenne seinen Namen Nicht–mein–Volk."

Oder Berufene, um Jesus Christus zu gehören, *unten* 5,30: „Die er vorherbestimmt hat, diese hat er auch berufen."

vel: vocati Iesu Christi, id est dicti a Iesu Christo, Christiani, *Act*. XI, 26: "Ita ut cognominarentur primum Antiochiae discipuli Christiani".

66. – Consequenter describuntur personae salutatae, et

[1] primo, ex loco cum dicit "omnibus qui sunt Romae". Signanter autem omnibus scribit quia omnium salutem cupiebat; I *Cor*. VII,7: "volo omnes homines esse sicut meipsum"; *Act*. XXIII, v. 11, dictum est ei: "oportet te et Romae testificari".

67. – [2] Secundo describuntur personae salutatae ex gratiae dono, ibi "dilectis Dei".

[2.1] Circa quod primo ponitur gratiae origo, quod est Dei dilectio. *Deut*. XXXIII, v. 3: "Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt." I *Io*. IV,10: "Non quasi nos dilexerimus Deum", scilicet prius, "sed quoniam ipse prior dilexit nos". Dei enim dilectio non provocatur ex bono creaturae, sicut dilectio humana, sed magis ipsum bonum creaturae causat, quia diligere est bonum velle dilecto: voluntas autem Dei est causa rerum, secundum illud *Ps*. [CXXXIV,6]: "Omnia quaecumque voluit fecit".

68. – [2.2] Secundo, ponitur vocatio cum subdit "vocatis". Quae quidem est duplex.

[2.2.1] Una exterior, secundum quam vocavit Petrum et Andream, *Matth*. IV,18.

[2.2.2] Alia autem est vocatio interior, quae est secundum interiorem inspirationem, *Prov*. I,24: "Vocavi et renuistis".

69. – [2.3] Tertio ponit gratiam iustificationis cum dicit "sanctis", id est per gratiam et sacramenta gratiae, sanctificatis. I *Cor*. VI,11: "Sed abluti estis, sed sanctificati estis", ut sitis dilecti a Deo, vocati ad hoc quod sitis sancti.

70. – [3] Deinde ponuntur bona quae eis optat, quae sunt "gratia et pax".

Oder Berufene Jesu Christi, d.h. nach Jesus Christus Christen genannt: „So daß die Jünger zuerst zu Antiochia Christen genannt wurden" (*Apg* 11,26).

66. – Im folgenden werden die Personen beschrieben, denen der Gruß gilt, und zwar:

[1] erstens im Hinblick auf den Ort, insofern er sagt: „allen, die zu Rom sind". Bezeichnenderweise aber schreibt er allen, weil er das Heil aller wünschte: „Ich wünschte, daß ihr alle seiet wie ich selbst" (1 *Kor* 7,7). Denn ihm wurde gesagt: „Du mußt auch in Rom Zeugnis ablegen" (*Apg* 23,11).

67. – [2] Zweitens werden die Personen, denen der Gruß gilt, beschrieben im Hinblick auf das Geschenk der Gnade, dort, wo es heißt: „Geliebte Gottes".

[2.1] Hierbei wird zuerst der Ursprung der Gnade erwähnt, nämlich die Liebe Gottes: „Er liebte die Völker, alle Heiligen sind in seiner Hand" (*Dtn* 33,3). „Nicht daß wir Gott geliebt haben", nämlich zuerst, „sondern daß er uns zuerst geliebt hat" (1 *Joh* 4,10). Die Liebe Gottes wird nämlich nicht durch ein Gut der Schöpfung hervorgerufen, wie die menschliche Liebe, sondern vielmehr verursacht sie dieses Gut der Schöpfung, denn Lieben heißt: dem Geliebten Gutes wollen. Der Wille Gottes aber ist die Ursache der Dinge, nach dem *Psalmwort* [134,6]: „Alles, was er immer will, führt er aus."

68. – [2.2] Zweitens wird die Berufung erwähnt, wenn er hinzufügt: „die berufenen". Es gibt jedoch eine zweifache Berufung,

[2.2.1] eine äußere, mit der er Petrus und Andreas berief, *Mt* 4,18;

[2.2.2] und eine innere, die durch innere Inspiration geschieht: „Ich rief, und ihr weigertet euch" (*Spr* 1,24).

69. – [2.3] Drittens erwähnt er die Gnade der Rechtfertigung, wenn er sagt: „Heiligen", d.h. den durch die Gnade und die Sakramente der Gnade Geheiligten: „Ihr aber seid abgewaschen und seid geheiligt" (1 *Kor* 6,11), so daß ihr von Gott geliebt und dazu berufen seid, heilig zu sein.

70. – [3] Darauf werden die Güter genannt, die er ihnen wünscht, nämlich „Gnade und Friede".

[3.1] Quorum unum, scilicet gratia, est primum inter Dei bona, quia per eam iustificatur impius, *infra* III,24: "Iustificati gratis per gratiam ipsius."

[3.2] Aliud autem, scilicet pax, est ultimum quod in beatitudine perficitur. *Ps*. [CXLVII,3]: "Qui posuit fines tuos pacem". Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescet in plenitudine omnis boni, consequens immunitatem ab omni malo. *Is*. XXXII, v. 18: "Sedebit populus meus in pulchritudine pacis". Et sic per haec duo bona, alia media intelliguntur.

71. – Ostendit etiam consequenter unde sint huiusmodi bona expectanda, cum subdit "a Deo patre nostro". *Iac*. I,17: "Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum". *Ps*. LXXXIII,12: "Gratiam et gloriam dabit dominus."

Addit autem "et Domino Iesu Christo" quia, ut dicitur *Io*. I,17, "Gratia et veritas per Iesum Christum facta est". Ipse etiam dicit, *Io*. XIV,7, "Pacem meam do vobis."

72. – Quod autem dicit "Deo patre nostro", potest teneri essentialiter pro tota Trinitate, quae dicitur pater, quia nomina importantia relationem ad creaturam, communia sunt toti Trinitati, sicut creator et dominus.

Addit autem "et domino Iesu Christo", non quod sit alia persona a tribus, sed propter humanam naturam, per cuius mysterium ad nos dona gratiarum perveniunt. II *Petr*. c. I,4: "Per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit".

Vel potest dici quod hoc quod dicit "Deo patre nostro", tenetur pro persona patris, quae secundum proprietatem dicitur pater Christi, sed secundum appropriationem pater noster. *Io*. XX,17: "Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum."

73. – Tangitur autem persona filii cum dicitur "et domino Iesu Christo".

[3.1] Von diesen ist das eine, nämlich die Gnade, das erste unter den Gütern Gottes, denn durch sie wird der Gottlose gerechtfertigt, *unten* 3,24: „Indem sie umsonst gerechtfertigt werden durch seine Gnade."

[3.2] Das andere aber, nämlich der Friede, ist das letzte Gut, das in der Glückseligkeit vollendet wird, *Ps* 147,3: „Er hat deinem Ende Frieden gewährt." Dann nämlich wird vollkommener Friede sein, wenn der Wille Ruhe findet in der Fülle alles Guten und dem Freisein von jeglichem Übel: „Mein Volk wird in der Schönheit des Friedens wohnen" (*Jes* 32,18). Und somit werden mit diesen beiden Güter alle anderen, die in der Mitte liegen, mitverstanden.

71. – Er zeigt auch im folgenden, von woher solche Güter zu erwarten sind, wenn er fortfährt: „von Gott, unserem Vater", *Jak* 1,17: „Jede gute Gabe und jedes vollkommene Geschenk stammt von oben und steigt herab vom Vater der Lichter"; *Ps* 83,12: „Gnade und Herrlichkeit verleiht der Herr."

Er fügt aber hinzu: „und dem Herrn Jesus Christus", denn wie es in *Joh* 1,17 heißt: „Gnade und Wahrheit ist durch Jesus Christus geworden." Auch sagt der Herr selbst, *Joh* 14,7: „Meinen Frieden gebe ich euch."

72. – Daß er aber sagt: „von Gott, unserem Vater", kann wesentlich auf die ganze Dreieinigkeit bezogen werden. Diese wird Vater genannt, weil jene Namen, die eine Beziehung zur Schöpfung ausdrücken, der ganzen Dreieinigkeit gemeinsam sind, ähnlich wie die Namen „Schöpfer" und „Herr".

Er fügt aber hinzu: „und dem Herrn Jesus Christus", nicht weil er eine von den drei Personen verschiedene Person ist, sondern wegen der menschlichen Natur, durch deren Geheimnis die Güter der Gnade zu uns gelangt sind: „Durch den er uns die übergroßen und kostbaren Verheißungen geschenkt hat" (2 *Petr* 1,4).

Oder man kann sagen, daß die Worte: „von Gott, unserem Vater" für die Person des Vaters genommen werden, die aufgrund ihrer Eigentümlichkeit „Vater Christi" genannt wird, aufgrund der Zueignung jedoch „unser Vater": *Joh* 20,17: „Ich gehe hinauf zu meinem Vater und eurem Vater."

73. – Die Person des Sohnes aber wird erwähnt, wenn es heißt: „und dem Herrn Jesus Christus".

Persona autem Spiritus Sancti expresse non ponitur, quia intelligitur in donis eius, quae sunt gratia et pax; vel etiam quia intelligitur in duabus personis patris et filii, quarum est unio et nexus.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

Die Person des Heiligen Geistes wird aber nicht ausdrücklich erwähnt, weil sie in den Gaben desselben, nämlich der Gnade und dem Frieden, mitverstanden wird; oder auch, weil sie in den beiden Personen des Vaters und des Sohnes mitverstanden wird, deren Vereinigung und Band sie ist.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing
auf der Grundlage der Übersetzung von Helmut Fahsel)